Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale, Fragment - Cod. Karlsruhe 1449

[S.l.], [13. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-33605

Visual Library

K 1449

mea est. Anima que peccauerit ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iustitiam. in montibus non comederit. et oculos suos non leuauerit ad idola domus israhel. et uxorem proximi sui non uiolauerit. et ad mulierem menstruatam non accesserit. et hominem non contristauerit. pignus debitori reddiderit. per uim nihil rapuerit. panem suum esurienti dederit. et nudum operuerit uestimento. ad usuram non commodauerit. et amplius non accepit. ab iniquitate manum suam auerterit. iudicium uerum fecerit inter uirum et uirum. in preceptis meis ambulauerit. et iudicia mea custodierit. ut faciat ueritatem. hic iustus est. uita uiuet. ait dominus omnipotens.

[illegible] me domine [illegible] ut pu[illegible] [illegible] prote[illegible] ge me [illegible] iudicium [illegible] prodeat. oculi tui [illegible] deant equitatem. Secundum Matheum.

In illo tempore. Egressus ihesus secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei domine fili dauid. filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israhel. At illa uenit et adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihesus ait illi. O mulier magna est fides tua. fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia illius ex illa hora.

Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos. gustate et uidete quoniam suauis est dominus. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus ut huius sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat. Per. Co. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi uita.

Suscipientes domine sacra mysteria [illegible] cultum sentiamus effectum. Per.

Auerte quesumus domine iram tuam propitiatus a nobis et facinora nostra quibus indignationem tuam prouocamus expelle. Per. Feria [illegible]

De necessitatibus meis eripe me domine. uide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. Ps. Ad te domine leuaui.

Adesto domine plebi tue propitius et quam tibi facis esse deuotam benigno refoue miserationis auxilio. Per.

Haec dicit dominus deus. Anima que peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filii.

Iusticia iusti sup eum erit. & impietas impii erit sup eum. Si aut impius egerit poenitentiā ab omnibus peccatis suis que opatus est. & custodierit uniusa pcepta mea. et fecerit iudiciū & iusticiā uita uiuet et n̄ morietr. Omniū iniquitatū eius quas opatus ē n̄ recordabor. In iusticia sua quā opat ē uiuet. Nūquid uoluntatis mee ē mors impii dic dns. & n̄ ut cuertat a uiis suis & uiuat. Si aū auerterit se iustus a iusticia sua & fecerit iniquitatē scdm oms abhominationes quas opari solet impius. nūquid uiuet. Oms iusticie ei quas fecerat n̄ recordabunt. In puaricatione qua puaricat ē. & in peccato suo qd peccauit. in ipsis morietr. Et dixistis. Non ē equa uia dni. Audite g dom isrl. Numqd uia mea n̄ est equa. & n̄ magis uie ure praue st. Cum eni auerterit se iustus a iusticia sua. & fecerit iniquitatē morietr in eis. In iniusticia sua quā opat ē morietr. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quā opat ē. & fecerit iudiciū & iusticiā. ipse animā suā uiuificabit. Considerans eni & auertens se ab omnib iniquitatib suis quas opatus ē. uita uiuet. & n̄ morietr. Ait dns omps. OF Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Auribus percipe domine oracionem meam.

In illo temp. Erat Scdm iohannē dies festus iudeor. & ascendit ihc hierosolimā. Est aut hierosolimis pbatica piscina. que cognominabat hebraice bethsaida. quinq porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiū. cecor. claudor. aridor. expectantiū aque motū. Angelus aut dni scdm temp descendebat in piscinā. & mouebat aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionē aque sanus fiebat a quacūq detinebat infirmitate. Erat ibi quidā homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cū uidisset ihc iacentē. & cognouisset quia iam multū temp haberet dicit ei. Uis sanus fieri. Respondit ei languidus. Dne hominē n̄ habeo. ut cum tbata fuerit aqua mittat me in piscinā. Dū uenio eni ego. alius ante me descendit. Dic ei ihc. Surge tolle grabatū tuum & ambula. Et stati sanus fact est homo. & sustulit grabatū suū & ambulabat. Erat aut sabbatū in illa die. Dicebant iudei illi qui sanus fact erat. Sabbatū ē. n̄ licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me fec sanū. ille mihi dix. tolle grabatū tuū & ambula. Interrogauer g eum. Quis ē ille homo qui dix tibi tolle grabatū tuū & ambula. Is aū qui sanus